

Apostolicam super hoc dispensatum, electionem illius auctoritate Apostolica cassaretis: [ & infra. ] Partibus ergo propter hoc in vestra praesentia constitutis, praestito quoque a jure de veritate dicenda, & factis positionibus, & responsumbus hinc inde, tandem eodem Decano, praetextu quorundam gravaminum, ad nostram audientiam appellante, vos electionem hujusmodi irritant, eidem Ecclesie de Cenoman. Episcopo providissis: [ & infra. ] §. 3. Licit autem positiones, b & responsiones super pluribus articulis factae fuerint coram vobis, quia tamen contestationem litis non invenimus esse factam (cum non per positiones, & responsiones ad eas factas c, sed per petitionem in iure propositam, & responsum factam, contestatio litis fiat d) eudem processum de fratribus nostrorum consilio irritum duximus nunciandum. §. 4. Tandem Archidiaconus electionem ex praemissa causa petuit irritari, electo respondentem praedicto, quod non erat ejus electio irritanda: Lite vero coram nobis legitime contestata, praefto de veritate dicenda a partibus juramento, idem electus, et si confiteretur se dicta beneficia electionis tempore tenuisse, tamen excusare se super hoc nihilominus e nitebatur, quia videlicet dictum Archidiaconatum non credebat curam animarum habere. Sed cum in iure confessus fuerit, quod Archidiaconus Ambian, de consuetudine suspendit, excommunicatus, & absolvit Presbiteros, & Piores, & Parochiales Ecclesiastis interdicit, necnon Archidiaconus f visitat, & inquirit, quae videtur inquirenda, & procurations ratione visitationis recipit, evidenter appetit, quod curam habeat animarum annexam: quam si etiam non haberet, negare non potest, quin personatus existat, cum idem de Personatis, quod & de beneficiis curam animarum habentibus, judicium sit habendum. §. 5. Insuper indulgentiam, quam super hoc assertit se habere, invalidam reputavimus, cum in ea falsitatem suggesterit, & suppresserit veritatem: qua tacita, vel expressa ipsam nullatenus habuisset. Suggestit enim, quod praedictas parochiales Ecclesiastis, antequam fuisset in Archidiaconum assumptus, canonice fuerat asseditus, cum nullus potuerit plures parochiales Ecclesiastis obtinere, nisi una penderet ex altera, vel unam intitulatam, & alteram g commendatam haberet, unde cum idem utramque illarum intitulatam haberet, ipsas nequivit canonice habuisse. Item sugerens, quod reditus personatus sui erant tenues, & exiles, suppressit, quod alios reditus in pluribus Ecclesiastis noscitur obtinere. Suppresst etiam, quod plures parochiales Ecclesiastis cum pluribus aliis beneficiis in diversis Ecclesiastis obtineret: cum intentionis nostra non fuerit secum in tot beneficiis ( praesertim habentibus curam animarum ) dispensare, nec intentionis nostra fuerit aliquid ei de novo concedere, sed ut per indulgentiam posset habita liceat retinere: [ & infra. ] §. 6. Tandem cum non restaret, nisi proferenda sententia, idem tam juri ( si quod ei competere videbatur ) quam liti cessit h spontanea voluntate, cuius cessionem duximus admittendam.

## C A P. LV.

Irrita est electio, quam collatio non praecessit, vel quae facta non est a maiore parte Capituli, vel quae non fuit communis.

Idem Gregor. IX. ( an. 1228. forte in Galliam. )

**I**N Genesi legitur: [ & infra. ] Cum in Concilio i. caveatur, ut is collatione habita eligatur, in quem omnes

a al. praestitique. al. & praestito. b videl. haeres, & sequ. ff. de pet. her. & l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de lib. & posthum. c al. habitas. dicitio, factas, deest in manuscripto. d vide l. defensor. §. qui interrogatus. ff. de int. agt. & l. i. C. de divers. rescipit. e al. videbatur. f vide Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. g aliam h videl. postquam liti. C. de pact. & Bart. in l. qui ROME. §. duo fratres. ff. de verborum obligat. i Lateranensi sub Innocent. III. cap. 24.

vel major, & senior pars Capituli consentit: & in Gui. major pars totius Capituli non consenserit, quanquam maiorem partem habuit partium comparatione minorum: nec plene numeri ad numerum, quia utrum G. & H. de quibus adversarii referunt questionem, in electione vocem habuerint, tractatum non exitit, nec discussum: nec zeili ad zelum, nec meriti ad meritum collatio facta fuerit: nec etiam electio communiter celebrata, quoniam licet in eundem Gui. singulariter singuli consenserint, non tamen debuit subsequi singularis electio, sed communis: ne vel idem repeti videbatur, vel ex hoc sequeretur absurditas, ut tot essent electiones, quot essent numero electentes. Nec ex singularibus, vel particularibus consensibus appareret universalis electio, vel communis, licet quilibet singularis veritatum exprimat sua partis: quemadmodum ex singularibus propositionibus ( licet veris ) universalis propositionis non appareat a, nisi per signum universale forsan exprimatur. Nec praemissi duo Canonici poterant sic exclusi, cum primus existeret in Canonici posse, vel quasi b, habendo stallum in choro, locum in Capitulo, legendo, & cantando ut Canonicus, & ad tractatus, ac electiones dignitatum, & personatum, quae occurserunt pro tempore facienda, tanquam Canonicus sit votatus: quanquam hac vice fuerit cum protestatione admissus: secundus vero esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus: cum de toto regno Francie vocentur absentes de consuetudine Ecclesie Gallicanae: nos his plenus intellectis, de consilio fratribus nostrorum praemissam electionem, utpote contra formam Concilii attentam, decernimus irritam, & inanem.

## C A P. LXI.

Non valit electio Pontificis per Laicos, & Canonicos facta, etiam si hoc habeat consueto, h. d. & quotidie solet allegari.

Idem Capit. Massano. ( ann. 1226. Roma in Hetrurianis. )

**M**affana & Ecclesia pastore d vacante: [ & infra. ] Edicto perpetuo prohibemus, ne per Laicos cum Canoniciis Pontificis electio praesumatur. Quae e si forte praesumpta fuerit, nullam obtineat firmatatem: non obstante contraria consuetudine, quae dici debet potius corruptela. f

## C A P. LVII.

Non sufficit ad confirmationem electionis, quod sit facta a majori parte Capituli, nisi etiam illa pars sit senior.

Idem Capit. Cathalan. ( ann. 1229. Roma in Galliam. )

II. **E**cclasia vestra destituta pastore, convenientes in unum (absente Gui. qui tunc noluit interesse) ad celebrandam electionem terminum statutis. Veniente vero termino, & dicto Gui. (cum absens existeret) non vocato, praemissa iuxta formam Concilii generalis scrutinio, 14. magistrum G. Presbyterum Cardinalem, concanicum b vestrum: & 17. R. Remen. Canonicum elegerunt, praefato G. postmodum electioni ejusdem R. suum praebente consensum. Tandem procuratoribus utriusque partis in nostra praesentia constitutis, allegabatur pro electione dicti R. quod cum in 4. excederet aliam, computato Gui. praedicto, majorum Capituli partem habebat, & per hoc debebat pars sua senior reputari, cum ubi major numerus est, zelus melior praesumatur i. Pars

a al. praestitique. al. & praestito. b videl. haeres, & sequ. ff. de pet. her. & l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de lib. & posthum. c al. habitas. dicitio, factas, deest in manuscripto. d vide l. defensor. §. qui interrogatus. ff. de int. agt. & l. i. C. de divers. rescipit. e al. videbatur. f vide Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. g aliam h videl. postquam liti. C. de pact. & Bart. in l. qui ROME. §. duo fratres. ff. de verborum obligat. i Lateranensi sub Innocent. III. cap. 24.

Pars vero altera electionem eandem multipliciter impugnabit, proponens prae nominatum R. in etate pati defeluum, nec esse sufficientis scientiae ad Ecclesiam supradictam, cum etatis maturae, & eminentis scientiae praefatus Cardinalis existat: & cum electores Cardinalis alios meritis, & auctoritate praeccelerent, habito praesertim respectu ad personam electam, meliorem zelum eos habuisse constabat. Dicebatur praeterea, quod consensus dicti Gui. ( quem pars ejusdem R. continebat fuisse contemptum, afferente parte reliqua Capitulum potius contemptum ab ipso fuisse ) cum non fuerit consensus praefitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, adjicere nil valebat: [ & infra. ] Denique statutum generalis Concilii, quod electionem decernit invalidam, cum contra ejusdem Concilii formam in electione peccatur, non debet ad contemptum, nec super his quicquam praeter ejus afferendum debeat immutari: Miramur, quod L. Apamen. e electum in Tripolitanam Ecclesiam transtulisti, & novo quadam mutatione generi parvificasti maiorem, & magnum quodammodo minorati, episcopare Archiepiscopum, imo potius darchiepiscopare praesumens. Licit enim dictus L. nondum fuisse in Archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia ( quantum ei licuit ) ministrarat, sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valiens. Episcopum f afferuit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia ceteris audacia tribuatur, te ab Episcoporum confirmatione duximus suspendendum. g

## C A P. II.

Electos in Episcopos, & confirmatos transferre potest solus Papa.

Idem Decano, & Capitulo Andegavensi. ( an. 1198. Roma in Galliam. )

**I**n corporalia b, & spiritualia eam cognovimus i differentiam, quod corporalia facilius destruantur, quam construantur: spiritualia vero facilius confruantur, quam destruantur. Unde iuxta canonicas sanctiones Episcopus solus honorem dare potest, solus auferre non potest. Episcopi quoque a Metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt, quicquam non possunt, nisi per Rom. Pontificem condemnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, suo tantum iudicio reservaverit dissolvendum, qui dissolutionem ex etiam carnalis conjugii, quod est inter virum, & feminam, suo tantum iudicio reservavit, pricipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non separet. Non enim humana, sed potius divina potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis ( quem constat esse Vicarium Iesu Christi ) Episcopus ab Ecclesiam removetur: & ideo tria haec, quae praemissus, non tam constitutione canonica, quam institutione divina, soli sunt Romano Pontifici reservata i. Sicut autem Episcopus consecratus sine licentia Rom. Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus: cum non debeat in dubium revocari, quin post electionem, & confirmationem canonicam inter personas eligentium, & electi, conjugium sit spirituale contractum, cui profecto Episcopalis

## C A P. LVIII.

Publicato scrutinio, non possunt electores variare, sed compelli debent ad collationem, & electionem.

Idem Greg. IX. ( an. 1229. Roma. )

**P**ublicato scrutinio variare nequeunt electores, cum sit facienda collatio, & electio celebranda. Ad quod per superiorum, si oportuerit, compellantur.

## C A P. LIX.

Cassata electione propter simoniam etiam sine culpa electi, non dispensas Episcopus ea vice cum cassato: secus si electus liberè resignavit. h. d. secundum intellectum glossæ 2. in fin.

## Idem.

**S**i alicuius electionem propter simoniam, eo ignorantie, ac ratus non habente commissam, contigerit reprobari, cum eo super prælatione c, ad quam taliter fuerat electus, illa vice non potest Episcopus dispensare. Quamvis circa eum, qui ignoranter recipit simplex beneficium per simoniacam pravitatem, post liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur. d

## C A P. LX.

Electoribus impeditis currit tempus, si possunt impedimentum tollere.

## Idem.

**H**is, quibus interdicuntur, ut absque superioris licentia eligere non presumant, tempus statutum a canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam hujusmodi pollutandi. e

a al. Nec enim. b Vide §. quorum Institut. in proem. & in auth. ut jud. sine quo suff. c alias, postulatione. d Vide l. nibil. §. scit filius. ff. de inofficio, testament. e Vide l. eum qui ita. §. fin. cum glossa magna, & ibi Bart. D. de verborum oblit. 27. quæst. i. art. 4. Martb. cap. 19. 1 Vide cap. quamvis de elect. lib. 6. & cap. ut debitus. ad fin. infra de appell.

## TITULUS VII.

## DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

## C A P. I.

**P**atriarcha, qui confirmatum in Archiepiscopum transferat ad sedem Episcopalem, ab Episcoporum confirmatione suspeditur. Joan. Andr.

Innocentius III. Antiocheno Patriarchæ.

( an. 1198. Roma in Syriam. )

**C**um ex illo b generali privilegio, quod Beato Petro, & per eum Ecclesiam Romanam Dominus noster induxit, canonica postmodum manaverint instituta, continetia maiores Ecclesie causas ad Apost. sedem c perferendas, ac per hoc translationes Episcoporum, & sedum mutationes ad summum Apostolicæ sedis Antistitem de jure pertineant, nec super his quicquam praeter ejus afferendum debeat immutari: Miramur, quod L. Apamen. e electum in Tripolitanam Ecclesiam transtulisti, & novo quadam mutatione generi parvificasti maiorem, & magnum quodammodo minorati, episcopare Archiepiscopum, imo potius darchiepiscopare praesumens. Licit enim dictus L. nondum fuisse in Archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia ( quantum ei licuit ) ministrarat, sicut nobis ipsius relatione innotuit, qui se Valiens. Episcopum f afferuit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia ceteris audacia tribuatur, te ab Episcoporum confirmatione duximus suspendendum. g

## C A P. II.

Electos in Episcopos, & confirmatos transferre potest solus Papa.

Idem Decano, & Capitulo Andegavensi. ( an. 1198. Roma in Galliam. )

**I**n corporalia b, & spiritualia eam cognovimus i differentiam, quod corporalia facilius destruantur, quam construantur: spiritualia vero facilius confruantur, quam destruantur. Unde iuxta canonicas sanctiones Episcopus solus honorem dare potest, solus auferre non potest. Episcopi quoque a Metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt, quicquam non possunt, nisi per Rom. Pontificem condemnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, suo tantum iudicio reservavit, pricipiens, ut quos Deus conjunxit, homo non separet. Non enim humana, sed potius divina potestate conjugium spirituale dissolvitur, cum per translationem, depositionem, aut cessionem auctoritate Romani Pontificis ( quem constat esse Vicarium Iesu Christi ) Episcopus ab Ecclesiam removetur: & ideo tria haec, quae praemissus, non tam constitutione canonica, quam institutione divina, soli sunt Romano Pontifici reservata i. Sicut autem Episcopus consecratus sine licentia Rom. Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere, sic & electus confirmatus: cum non debeat in dubium revocari, quin post electionem, & confirmationem canonicam inter personas eligentium, & electi, conjugium sit spirituale contractum, cui profecto Episcopalis

lis dignitas nihil addit: cum quis Episcopali præditus dignitate, nullius tamen Ecclesiæ possit esse Episcopus, quem admodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renunciat, non honori. Unde cum non sit majus vinculum Episcopi ad Ecclesiæ a, quam electi, maxime cum fuerit confirmatus b, imo idem penitus, & non aliud, idem juris obtinet in utroque. Sicut ergo Episcorum translatio, depositio, & cesso, sic & electorum post confirmationem (spiritualis conjugii ratione) soli est Romano Pontifici reservata: licet usque ad tempora ista, quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de electis: propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius, nemini poterat videri dubium subtiliter intuendi: cum de similibus idem iudicium sit habendum. §. 1. Sed neque illud, quod in canone legitur de electo, ut si ultra sex menses per suam negligentiam retinuerit Ecclesiæ viduam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accipiat, imo Metropolitanus sive cedat iudicio, aliter intelligentibus poterat suffragari: cum non intelligatur Ecclesiæ viduata, quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus ejus nondum sit consecratus, adhuc quoad quædam quasi viri maneat solatio defituta: sicut juxta communem modum c loquendi illa dicitur Ecclesiæ viduata, quæ licet Episcopum habeat, inutili tamē peregitur, & prohibetur habere. Nec quod de cessione subsequitur, & statutum fuit ad poenam, trahi debet ad gratiam: ut sicut Metropolitanus iudicio electus dejicitur, ita etiam ad aliam Ecclesiæ possit transferri, præsertim cum nec sine auctoritate Romani Pontificis fiat cesso, vel dejectio memorata: qui ut hæc possint, ex illo canone Metropolitanis induxit. Unde si circa translationem idem fieri volisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expresse: & quod non est sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est ad inventionibus præsumendum: præfertim cum nonnunquam intelligatur prohibitum, quod non inventur concessum. §. 2. Sane quoniam Turonensis Archiepiscopus electus Abriensis per Metropolitanum suum confirmatum, in Ecclesiæ vestram præter auctoritatem sedis Apostolica transferre præsumpsit, & in Episcopum consecrare, quem Rothomagensis Archiepiscopus citra mandatum nostrum absolvit, & ei licentiam tribuit transeundi: prædictos Archiepiscopos a consecratione, & confirmatione Pontificis, Episcopum vero ab executione Pontificalis officii, Bituricensis Archiepiscopus juxta mandati nostri tenorem suspendit. Et quamvis idem Archiepiscopi tanquam majores plus excesserint in præmissis d, præfatus vero Episcopus minus (utpote illorum tanquam majorum errorem fecutus) nos tamē intellecta eorum confessione spontanea, & supplicatione devota, veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccaverunt. e Et quoniam præfatus Episcopus, qui minus peccaverat, sevius fuerat castigatus, reatum suum recognoscens humiliter, & devote, ac misericordiam postulans, & iudicium non requirens: nos intuentes, quod licet sibi munus consecrationis impensum, nec prioris Ecclesiæ ipsum Pontificem fecerit, nec secundæ, cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante) non potuerit canonice consecrari, adhuc conjugaliter alteri alligatus: ei tam a vinculo prioris Ecclesiæ, quam a pena suspensionis penitus absoluto, de benignitate sedis Apostolicæ duximus concedendum, ut priori consensu

a Alias ita: quoad Ecclesiæ. b vide text. in 1. constit. C. & l. Stichus. & l. Pampillus. D. de man. test. c usum vide l. librorum. §. quod tamen Cassius. D. de legat. 3. & l. cum de Lationis. §. asinam. D. de fund. inst. leg. d vide l. in Presbyteris. C. de Episc. & Clericis. & ff. de pœn. l. moris. §. iste fere. e vide l. 3. §. fin. ff. de lib. caus. & not. in l. plagi. C. ad legem Fla. de plagi.

haec tenus perdurante, Andegaven. Ecclesiæ studeat gubernare.

## C A P. III.

Episcopus, qui propria auctoritate de sua Ecclesiæ se transferre ad aliam, carebis utraque.

Idem Innoc. III. Bambergensi a Episcopo, & Petro Scholari Maguntinensi. (an. 1198. Spoleto in Germaniam.)

Quanto personam b Hildesem. Episcopi: (G infra. 1) ipse vero relicta Hildefem. Ecclesiæ, ad Herbipolens. Ecclesiæ auctoritate propria se transalpavit: non attendens, quod veritas in Evangelio c protestatur: Quos Deus coniunctit, homo non separat: & porestatem transferendi Pontifices ita sibi retinuit Dominus & Magister, quod soli beato Petro Vicario suo, & per ipsum successoribus suis speciali privilegio tribuit d, & concessit: sicut testatur antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reverentiam exhibendam: & evidenter afferunt sacrorum canonum sanctiones. Non enim homo, sed Deus separat, quos Roman. Pontif. (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris) Ecclesiæ necessitate, vel utilitate penata, non humana, sed divina potius auctoritate dissolvit. (G infra. 2) Ne autem fasti perversitas transeat præsumptoribus in exemplum e, (quod quidem, si verum est, non potest non esse notorium) sibi præcipimus, ut administrationem Herbipolens. Ecclesiæ penitus derelinquit: (G infra. 3) Ceterum quoniam Herbipolens. Ecclesiæ Canonici vota sua in ipsum prorsus illicite contulerunt, volentes (sicut dignum est) ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hac vice suspedimus potestate: (G infra. 4) Quia vero Hildesem. Ecclesiæ, cui fuerat alligatus, unde (secundum Apostolum) solutionem querere non debebat, nimis improbe deliquerit, ne ad ipsam redeat ulterius, distictius prohibemus: cum secundum traditiones f canonicas, qui ad maiorem utilitatem facilius soleat dispensari. Præterea cum postulatio, sicut & electio, examinari soleat diligenter, & tenor illius indulgentia non solum videatur postulatio examinationem, sed personæ etiam reservare, subiungens, dummodo nihil de canonice obviat institutis: antequam per eum postulatio examinata fuisset, cui fuerat facienda, nulla ratione debuerat transisse.

[1] Quedam vero sibi Apostol. sed. reservat quodammodo specialiter, & singulariter, ut præter specialiæ auctoritatem ipsius nec iure agi valeant, nec attentari debeant cum effectu. In his autem specialiter translationes Episcoporum aedem non tam constitutio canonica, quam divina ejus tantum postulati commitit, ut]

[2] Et administrationi ejus se ingerens, Herbipolensem fecit Episcopum nominari. & infra.]

TITULUS VIII.  
DE AUCTORITATE, ET USU

## PALLI.

## CAPUT I.

Intra quælibet Ecclesiæ provinciæ sue Archiepiscopus pallio uti potest: sed extra non potest.

Clemens III. (an. 1189. Roma.)

Cum super d aliquia re: (G infra.) Quælibet, quomodo intelligatur, quod in forma traditionis pallii continetur, videlicet, tradimus tibi pallium e, ut eo intra f Ecclesiæ tuam utaris. Quod ita intelligitur, videlicet intra quælibet Ecclesiæ provinciæ tibi commissæ. sub anathematis intermissione præcipimus, non obstante juramento fidelitatem, ut omnem ipsi obedientiam subtrahant, quam ipse sibi contra sacros canones usurpavit, non attendens, quod dicit Apostolus: Nemo sibi sumat honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. l

l

4

Et si contra sed. Apostol. interdictum ad cuiusquam nominationem processerint, quod ab eis factum fuerit, irritum decrevimus, & inane.]

CAP.

a Sic in 3. compil. Al. Idem Episcopo, & Petro Scholastico Maguntinensi. b Cap. 3. eod. tit. in 3. compil. c In Cod. Barber. ita: Nec illa prædecessoris nostri indulgentia, quam impetrasse referit, præsumptionem, &c. d Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. e pallium sumitur in hoc tit. pro quodam Archiepiscoporum ornamento, crucibus nigris intexto, velut stola sacerdotalis, quod super alia ornamenta defertur, humeros velut corona pectusque circumdans, & ante dependens. Vide Pan. in c. antiqua. de privil. & Innocent. III. lib. 1. Myster. Mis. c. 63. ubi copiose de eius materia, forma & mystica significatione. f al. infra. g nullo modo.

## C A P. IV.

Solus Papa transfere Episcopos: & indulgentia per eum super tali translatione concessa, ad literam servanda est.

Idem Branbur. Episcopo, & Scholastico Maguntinensi a. (an. 1199. Roma in Germaniam.)

lacet b in tantum: (G infra. 1) Sicut legitimi matrimonii vinculum, quod est inter virum, & uxorem, homo dissolvere nequit, Domino dicente in Evangelio: Quos Deus coniunctit, homo non separat: sic & spirituale fœdus conjugii, quod est inter Episcopum, & Ecclesiæ, quod in electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solvi non potest, qui successor est Petri, & Vicarius Jesu Christi. Hoc autem C. quondam Hildesem. Episcopus non attendens, ad Herbipolens. Ecclesiæ propria temeritate transivit: (G infra. 2) Nec illa c prædecessoris nostri indulgentia præsumptionem excusat ipsius, sed ambitionem accusat: cum in ea sit expressum, quod si ad maiorem vocaretur forsitan dignitatem, eam sibi licet assumere, dum tamen nihil ei de statutis canonici obviaret. Unde licet forsitan aliquibus videatur, ut indulgentia occasione ipsius ad dignitatem possit transire maiorem, ad parem tamen ipsi transire non licuit: cum in majori dignitate propter maiorem utilitatem facilius soleat dispensari. Præterea cum postulatio, sicut & electio, examinari soleat diligenter, & tenor illius indulgentia non solum videatur postulatio examinationem, sed personæ etiam reservare, subiungens, dummodo nihil de canonice obviat institutis: antequam per eum postulatio examinata fuisset, cui fuerat facienda, nulla ratione debuerat transisse.

[1] Quedam vero sibi Apostol. sed. reservat quodammodo specialiter, & singulariter, ut præter specialiæ auctoritatem ipsius nec iure agi valeant, nec attentari debeant cum effectu. In his autem specialiter translationes Episcoporum aedem non tam constitutio canonica, quam divina ejus tantum postulati commitit, ut]

[2] Et administrationi ejus se ingerens, Herbipolensem fecit Episcopum nominari. & infra.]

Cœlestinus III. (an. 1194.)

A D hoc a, quia quæsumus est a nobis ex parte tua, ut utrum licet tibi pallium tuum Metropolitanum alii commodare: (G infra. 1) Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod non videtur esse conveniens, ut pallium tuum alicui commodes b: cum pallium personam non transeat, sed quisque cum eo debeat (sicut tua novit discretio) sepeliri.

[1] Si contigerit cum sine pallio suo ad Ecclesiæ tibi commissam, in aliqua precipua solemnitate venire, & in eadē Ecclesiæ Missarum solennitate celebrare, licet exinde nos non recolamus expressum canonem invenisse, super hoc tamen)

C A P. III.

Per pallium confertur plenitudo Pontificalis officii, & non men Archiepiscopale.

Innocentius III. C. Cardinali c Presbytero Apóst. sed.

Legato. (an. 1202. Roma in Siciliam.)

N Ifi specialis dilectio d illa: (G infra.) Sane si postulatio Trojanæ & Episcopi ad Panormitanam Ecclesiæ fuisse per nos etiam approbata, non tamen deberet se Archiepiscopum appellare, priusquam a nobis pallium suscepisset, in quo Pontificalis officii plenitudo f, cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur. Tu ergo quod factum est, sic studeas palliare, ut id in confusione tuam, & ad sedis Apóst. opprobrium non redunder. Quoniam si oporteat, ut nos, vel tu ex hoc negotio confundamur, eligemus potius te confundi, quam lèdamus sedis Apóst. dignitatem.

C A P. IV.

Romanus Pontifex semper, & ubique utitur pallio, alii in Ecclesiæ suis, & certis diebus tantum.

Idem. (an. 1202. Roma.)

A D honorem g Dei: (G infra.) Sane solus Romanus Pontifex in Missarum solenniis b pallio semper utitur, & ubique: quoniam assumpsus est in plenitudinem Ecclesiastice potestatis, quæ per pallium significatur i. Alii autem eo nec semper, nec ubique, sed in Ecclesiæ sua, in qua jurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, certis dendent uti diebus. Quoniam vocati sunt in partem solicitudinis x, non in plenitudinem potestatis.

C A P. V.

Archiepiscopus extra suam provinciam pallio uti non potest, etiam si hoc habeat consuetudo.

Idem Compostellano Archiepiscopo. (an. 1203. Roma.

in Hispaniam.)

E X tuarum l tenore literarum accepimus, quod cum fuerit in concessione pallii tibi dictum, ut ipso intra Ecclesiæ tuam uteris: & tibi pro Ecclesiæ tua negotiis frequenter extra tuam provinciam commoranti, verecundum sit absque pallio ministrare (cum consuetudo sit in Hispania generalis, quod Archiepiscopi extra suas provincias pallio indifferenter utantur) ut extra tuam provinciam uti pallio valeas, indulgeri tibi a sede Apóstoli ca postulasti.

Licet autem talis consuetudo dicenda sit potius corrupta, nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, ut si necessitate aliqua præpeditus ad Ecclesiæ tibi subjectam acce-

a Idem Bamberg. Episcop. & magistro Præposito scholari Maguntin. b Cap. 4. eod. tit. in 3. compil. c In Cod. Barber. ita: Nec illa prædecessoris nostri indulgentia, quam impetrasse referit, præsumptionem, &c. d Cap. 1. eod. tit. in 2. compil. e pallium sumitur in hoc tit. pro quodam Archiepiscoporum ornamento, crucibus nigris intexto, velut stola sacerdotalis, quod super alia ornamenta defertur, humeros velut corona pectusque circumdans, & ante dependens. Vide Pan. in c. antiqua. de privil. & Innocent. III. lib. 1. Myster. Mis. c. 63. ubi copiose de eius materia, forma & mystica significatione. f al. infra. g nullo modo.

accedere forte nequiveris, pro consecrandis Suffraganeis tuis, vel Clericis ordinandis, & ad Ecclesiam alie nam propter hoc te contigerit declinare: dummodo is, ad quem Ecclesia pertinet, id permittat, utendi pallio in jam dictis casibus liberam habeas facultatem.

## C A P. VI.

In qualibet Ecclesia sue provinciae, permisis diebus, Archiepiscopus Missam celebrans uti potest pallio.

Idem Innoc. III. (an. 1206. Rome.)

Cum sis, [§ infra. 1] Ubicunque & fuis in Missarum celebrationibus constitutus, diebus solennibus usum pallii, (per quod plenitudo Pontifici & designatur) poteris liberioris exercere.

[1] In partibus remotissimis gratum gerinus & accepimus, quod in actibus tuis quotiescumque dubitationis scrupulus emergit, &c. Noveris igitur, quod ubi exposcit necessitas, & plura in una Ecclesia altaria, & plures Episcopos simul poteris consecrare, &c.]

## C A P. VII.

Sine pallio, & sandaliis potest Archiepiscopus celebrare. Honorius III. Archiepiscopo Tri. (imo Lugdunensi c. an. 1220. Roma in Galliam.)

Quia nos: [§ infra. 1] Inquisitioni t. t. respond. quod tam in tua, quam in aliena dicēcesi, potes sine pallio, & sandaliis celebrare: qui utique in tua dicēcesi non debes semper celebrare cum pallio, sed diebus illis duntaxat, qui in Ecclesiæ tuae privilegiis sunt expressi. Sicut soluta est quarta quæstio, qua quæsivisti, an tibi sit licitum pro defunctis cum pallio celebrare.

TITULUS IX.  
DE RENUNCIATIONE.

## C A P. I.

Non datur licentia cedendi Episcopo, qui propter senectutem vult cedere, si necessarius, vel utilis fit Ecclesia sue.

Alexander III. Londonensi Episcopo. c (imo Lunder. Archep. c. an. 1180. Roma in Daniam.)

Iteras d tuas: [§ infra. 1] Si tuam aut e senectute tem, aut insufficientiam forte consideras, te tanquam emeritum & postulas relaxari: scito nos credere, quod tutius sit hoc tempore, si commissa tibi Ecclesia sub umbra tui nominis gubernetur, quam si alteri novæ incognite personæ gubernanda in tanto discrimine commitatur: maxime quia in te vigor devotionis, & fidei (etiam corpore senecente) non deficit, sed vertente deorsum conditione corporea, fervor Spiritus in sublimiora confundit: [§ infra. 2] Monemus te igitur, ut super hoc diebus istis nulla te facias importunitate molestum, quia indecens omnino probatur, prius solvere militia cingulum, quam cedat vistori adveritas præliorum.

[1] Nuper acceperimus, devotione plena, & dolore non vacua, quo quidem & tuam nobis insinuarunt affectuissimam charitatem, & tui Archiepiscopalii officii, quod fideliter gefisse, & adhuc te gerere gaudentem, contrariant exigeant Ecclesiæ utilitatibus cessionem. Nostri enim, sicut vir prudens, & providus, quod tanta est Clerici malitia, & contra Ecclesiam Dei tam gravis tamque diuturna persecutionis instantia, ut nequam ei cedat ad commodium, si tuam sedem talem contigerit subire defectum. Quod]

[2] Ne igitur hujus doloris aculeus vividam circa te nosse peccatoris vulneret charitatem, rogandum te potius duximus & monendum.

a Cap. 1. eod. tit. in 4. compil. b al. Pontificalis officii. al. Pontificis. c al. Lunden. Archiepiscop. al. Lugdunensi Archiepiscop. al. Baton. Episcop. in Codice MS. est Turonensi. d Cap. 2. eod. tit. in 1. compil. e al. autem. f sic in omnibus manuscriptis & vox 2 immersum, perperam inserta fuit.

## C A P. II.

Qui abjurat beneficium, licite potest illud (si denuo eligatur) obtinere.

Idem Abbati Dolen. a & Priori de Artigia. (an. 1180. Roma in Galliam.)

Cum inter P. Gaufridi, & quo'dam b alios Canonicos san-

cti L. super spirituali c beneficio, scilicet stallio in choro,

& loco in Capitulo, quæstio fuisse diutius agitata: [§ infra. 1]

Ideoque vobis mandamus, quatenus si præfatum P. inveneritis de consensu d majoris partis Capitulo fuisse de prædicto beneficio auctoritate Apostolica investitum, eum faciat beneficium ipsum pacifice possidere: non enim videtur nobis impedimentum afferre juramentum, quod de eodem non petendo ulterius proponitur præstissime, si consensus majoris, & senioris partis canoniconum Ecclesiæ intercessit.

[1] Quia tamen altera pars sufficienter instruta non veniat, negotium non potuit terminari. 1

## C A P. III.

Qui renunciavit beneficio suo, illud repete non potest.

Idem Episcopo Verulano. (an. 1180. Roma in Latium.)

Ex transmissa f relatione Abbatis sancti N. de Ceparano, nostris est auribus intimatum, quod P. Rubens Clericus, dum infirmitate g laboraret b, apud monasterium Sancti Salvatoris sibi petiit habitum monasticum indulgeri: qui recuperata postmodum sanitatem, ad monasterium illud gratia complendi votum accessit: & ibidem moram aliquantulam faciens, ea, quæ prædicta Ecclesiæ sancti N. conculerat, sibi fecit restitu. Nunc autem mutato animo laborat, ut restitutur in Ecclesia supradicta.

Verum quoniam jam dicta Ecclesia ab eo solute dignoscitur, ex quo ea, quæ sibi contulerat, ad peritionem suam resignavit eidem: mandamus, quatenus (si res ita se habet) prædictum Abbatem, & socios ejus ad receptionem P. nulla ratione compellas invitos: nec a populo i Ceparano compelli permittas:hortari tamen eos poteris, ut illum non tanquam unum de Ecclesia, sed quasi de novo recipiant in socium, & in fratrem.

## C A P. IV.

Beneficiatus sine licentia Prelati sui beneficio renunciare non potest.

Idem Episcopo Tornacensi. (an. 1180. Roma in Galliam.)

Admonet: [§ infra. 1] Universis personis tui Episcopatus sub districione prohibeas, ne Ecclesiæ tuae diocesis ad ordinationem tuam pertinentes, absque assensu tuo intrare audeant, aut detinere, aut te dimittere inconsueto. Quod si quis contra prohibitionem tuam venire præsumperit, in eum canonicam exerceas ultionem.

## C A P. V.

Contra petentem beneficium admittitur spontanea abjuratio exceptio, etiam causa renunciationis non adjecta: contra quam actor replicare poterit, quod non sponte renunciavit: & qui melius probaverit, obtinebit.

## Clemens III. (an. 1189. Rome.)

Super hoc, quod scisitarris a, utrum Ecclesiastica beneficia reposcentibus, objecta spontaneæ abjuratio exceptio sine cause cognitione sit admittenda, & an

actoris,

a Dulonen. al. ita: Abbati & Priori de Artigi. al. de Arcigia. b Cap. 3. eod. tit. in 1. compil. c al. speciali. d In C. Barbata majoris & senioris partis, &c. e al. Versellensi. al. Verulan. f Cap. 4. eod. tit. in 1. compil. g al. dum olim nimis infirm. lab. &c. h iuxta illud: Dum sero languorem, sero religionis amorem. Expressa languoris, non sum memor hujus amoris. i Vox, populo, deest in omnibus manuscr. sed erat exposicio marginalis, quæ irrepetit in extum. In antiquis ita habebatur: Ceparano id est, a populo Ceparano. a Cap. 3. eod. tit. in 2. compil. legitur ita: super hoc quod scisitarris a nobis.

## 81

## De Renunciatione.

## 82

actoris, quod sponte non renunciavit, an rei de spontanea renunciatione debeant probationes admitti? Sic tuæ experientia respondemus, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium multis forte expensis, & laboribus acquisitum, quo sustentari debet, facile sine magna causa, sua sponte resignet: ideoque supervacuum esse non credimus, causam renunciationis diligenter inquire, quam si forte probabilem, id est, non vi, nec metu, nec oppressione, nec interventu pecunia, nec promissione extortam judex inventerit, maxime si non intervenierit juramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur, quod fere semper a malo est [nisi replicatio canonica fuerit opposita] admittere non posponat. Porro licet negantis factum per rerum naturam nulla sit probatio c, ejus tamen, qui spontaneam renunciationem negat [cum implice, & quodammodo replicando inficietur super assertio sua, habito ad dignitatem, & opinionem respectu] probationes credimus admittendas.

## C A P. VI.

Qui sponte renunciavit electioni de se facte, super ipsa alterius audiiri non debet.

Idem Clemens III. (an. 1190. Roma in Angliam.)

In præsentia nostra: d [§ infra. 1] Licet igitur iudex non semper ad unam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus, & aliis, quæ in ejus præsentia proponuntur, formet animi suum, & tanta sit judicialis auctoritas, ut semper pro ipso præsumi debeat, donec contra ipsum aliquid legitime comprobetur: quare si tu coram Dulmen. Episcopo, & ejus Conjudicibus nihil penitus probavisses, standum tamen sententia fuerat, nisi adversarius eam ostenderet irritandam. Quia tamen præter ista constitit de ipsis renunciatione spontanea per quædam Episcoporum literas, & confessionem ipsius, nos e ei super eadem Abbatia silentium duximus imponendum.

## C A P. VII.

Qui renunciavit literis beneficialebus, non ideo institutioni facte renunciare videatur.

Celestinus III. (an. 1195. Roma in Galliam.)

Siue dilecto f filio nostro I. Presbytero Cardinali tunc Apostoli. fed. Legato, nos meminimus injunxit, ut H. Subdiaconum Canonicum in Picaviæ Ecclesia instituere procuraret: qui mandatis nostris obtemperans, ibidem instituit in Canonicum Subdiaconum memoratum. [§ infra. 1] Postmodum idem H. quorundam vestrum ductus confilio, literas suas vobis reddens, vestra misericordia se subjecit: [§ infra. 2] Quia vero g unde misericordiam debuit impetrare, inde cogitum dispendium sustinere: mandamus, quatenus (hoc non obstante) ipsum in fratrem, & Canonicum admittatis.

[1] Verum vos nec nobis, nec ipsi Cardinali reverentiam exhibentes, quod literis suis de jana dicto H. idem Card. injunxit vobis, adimplere minime curavisse, nec etiam suspcionem ipsius in aliquo observare. Sed]

[2] Qui cum crederet apud vos misericordiam impetrare, vobis satisfaciens in hac parte, inde damnum cogitum sustinere, unde gratiam, & premium meruit reportare. Nolemus igitur, quod de sepedicto H. tam a prædictoribus nostris, quam a nobis inchoatum est, aliquatenus relinqueremus imperfectum, mandamus, &c.]

## C A P. VIII.

Renunciatione beneficii facta in manibus Laici non tenet, renuncians ramon est beneficio spoliandus.

a Vid. l. si mulier. D. rer. am. & l. sed et si quis. §. nec distinguimus. D. de usu. b facit quod habetur in l. 1. & 2. D. de column. c Vid. l. post rem, cum glossa D. de trans. & l. 1. D. que sent. fin. app. rescis. d cap. 4. eod. tit. 2. compil. e al. nos de confilio fratrum nostrorum super, & t. f. c. t. eod. tit. de major. & eod. in 2. compil. g In C. Barb. quia vero indecens est, ut unde misericordiam deberet impetrare, inde cogeretur, &c.

Innocentius III. Nidrosien. Archiepiscopo a (an. 1198. e civitate Castellan. in Norvegiam.)

Q uod in dubiis: b [§ infra. 1] Hi præterea, qui beneficium Ecclesiasticum sibi collatum sponte in manu laicam reignantes, illud denuo a Laico suscepunt, eodem sunt beneficio spoliandi c, licet resignatio talium facta Laico nullam obtineat firmitatem.

## C A P. IX.

Papa concedit licentiam cedendi Episcopo, qui sine mortis periculo in Ecclesia sua morari non potest.

## Idem Eboracen. Archiepiscopo.

A d supplicationem d Ragusen. Archiepiscopi, eum a cura, qua tenebatur Ecclesiæ Ragusen. duximus absolvendum, eo quod ibi non poterat secure morari: & si accensum haberet ad illam, mortis sibi periculum imminentem: s (§ infra. 1) Ne vero idem in vituperium ministerii nostri, defectum in rebus temporalibus patiatur: mandamus, quatenus beneficium, quod de liberalitate Regia, ac concessione tua in Episcopatu Celeroli, & Ecclesiæ de Malebrone, f est illi collatum, ad sustentationem conserves ipsius. Cui concessimus, ut in ipso Episcopatu absque usu pallii officium Episcopale valeat exercere, tibi tanquam Metropolitano reverentiam, & obedientiam impensurus.

## C A P. X.

Ponit sex causas, ex quibus Episcopi possunt petere, & papæ confuevit concedere cedendi licentiam, que sex cause his verbis comprehendendi possunt:

Debilis, ignorans, male conscient, irregularis,

Quem mala plebs odit, dans scandala cedere possit.

Idem Episcopo Calitan. g (Roma in Sardinian.)

Nisi cum b pridem: (§ infra. 1) Si enim in hujusmodi cessione frugem tibi melioris vita promittis, scierte te debes non esse sanctificatus in utero sanctiore, & ideo non oportet te prædicationis jam suscepere deserere ministerium: cum ille, cuius hieri bajulus recusabat, tandem præcucundam i receperit verbum Dei. §. 1. Quod si forsan humilitatis causa de culmine queris x Pontifici descendere, eo ipso humilitatis videris erigere l male verticem, quod te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem: quia tunc it te veram humilitatem custodias, cum & per eam locum sublimem fugies, & per obedientiam non dimittes. Intueri te itaque volumus, quod hæc sunt illa, per quam cedendi Episcopus licentiam potest postulare: Conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientie, malitia plebis, grave scandalum, irregularitasque persona: sed in his omnibus est obseruanda cautela. §. 2. Propter conscientiam enim criminis cedendi potest licentia postulari, & forsitan non coiustiber, sed duntaxat illius, propter quod ipsius officii executio post peractam poenitentiam impeditur: cum si omnes, quos arguit conscientia cuiuslibet culpe, cederent, paciencia nulli in illo ministerio remanent: (§ infra. 2)

[§. 3. Alia vero causa est debilitas corporis m, quæ vel ex infirmitate, vel ex senectute n procedit: nee tamen omnis, sed illa solummodo, per quam impotens redditur ad exequendum officium pastore. Nam si pro quali-

a al. Nidromien. b cap. 1. eod. tit. in 3. compil. c Vide b. quero. §. si venditor. ff. de adil. edit. & l. Herennius. ff. de evit. d cap. 2. eod. tit. in 3. compil. B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 5. e Vide b. si putator. ff. ad L. Aquil. & l. si ut certo. §. commodatum. ff. commod. f Malebros. g al. Tralatan. al. Areletonse. al. Claritan. al. Carolitano. h cap. 4. eod. tit. in 3. compil. Vide B. Tho. 2. 2. q. 185. art. 4. i al. sacerdot. Hier. 2. x al. pontificis honoris. l leg. erigere, non ut in vulgaris, eligere. m corporalis. n quis dicatur senex, notatur in. si parte. §. in arrogationibus, ff. de adopt. l. invisi. ff. de refut.